

1503. Paris. Januarius.
Wladislaw rex Hungariæ et Bohemiæ,
Friderico cardinali archiepiscopo Gnesnensi.

6
Littere reverendissime dominationis vestre
nobis redditæ fuerunt, quibus dominatio
vestra reverendissima nobis regio, suoque,
ac totius regni nomine amplissimas gra-
tias agit, quod quieti et defensionii illius
aviti regni non segniter consulamus. Re-
verendissime domine et frater amantissime,
quemadmodum superioribus literis nostris
late perscripsimus, nos omni diligentia hui-
us rei studere, et ita ut regnum illud tran-
quillum et securum duraret, facere etiam
pro posse nostro non negligemus. Nam et
in presentia sunt in hoc negotio et nostri
apud ipsum Voiewodam Moldavum orato-
res, et illius apud nos hinc diebus existi-
tere, cui non minus à suis, quam à no-
stris, satis abunde à nobis significatum
est, quod ad futuram pacem illius regni
attinet, et speramus illum nostris manda-
tis ac monitis acquieturum. Nec deinceps
à nobis quidquam desiderari poterit, quod
pro dulcissima patria, pro iure ac decore
charissimorum parentum et fratrum suorum
summo studio pro virili nostra non ag-
grediamur. Quod autem dominationem ves-
tram reverendissimam in morbum incidisse
legimus

legimus, id nobis profecto molestissimum
accidit, nec aliquid tristius ad nos perfer-
ri potuisset. Nos tamen Deum optimum
maximum magnopere obsecramus, ut res
verendissime dominationi vestre morbo, in-
firmitas vires restituat, et illam simul
cum serenissimo domino rege, universaque
illa domo nostra, de qua certe singulari
rem curam, iam pridem gerimus, diu sa-
nam conservet et incolumem, quibus nos
diligenter commendamus. Datum Buda
Sabbato proximo ante festum purificatio-
nis gloriosissime Mariae virginis, anno Do-
mini millesimo quingentesimo tertio, regno-
rum nostrorum Hungariae etc. anno 13.
Bohemiae vero 33.